

Incipit opus perutile et vali-
dum predicatoribus de quacunq; ma-
teria dicitur. venerabilis atq; do-
ctissimi magistri heluici teutomei pro-
fessoris sacre theologie ordinis pre-
dicatorum. quod intitulatur ab au-
tore. liber de exemplis et similitudini-
bus reru

Prologus primus



OMNIA fa-
cito secun-
duz exem-
plar qd tibi
monstra-
tum est.
DeB. viij.
In omni-
bus operi-

bus artium videmus qd eorum opi-
fices diriguntur et regulantur du-
plici exemplari. Nam qui sunt in
arte periti interius habent exem-
plar scilicet formaz artis secunduz
quam operantur. Qui vero arte
adiscunt nondum eruditi in ipsa
aspiciunt ad exemplar exterius
per aliquem artificem factuz. sicut
pueri qui scribere discunt tenent
pre oculis exemplar magistri. S;
queadmodum in operibus artium
sic etiam in moribus et actibus vir-
tutum duplex habemus exemplū
Nam primo quidem per fidem ha-
bemus intus cristum. secundū illud
Apli Eph. iij. Habitare cristuz per
fidem in cordibus vestris. Et hoc ē
exemplar precipuū perfecte vite.
Vnde et ipse ait Johis. xij. Exem-
plum dedi vobis vt queadmodum
ego feci ita et vos faciatis. Et de
hoc exemplari principaliter intelli-
gi debet verbu; preallegatum Om-
nia facito secundum exemplar scz
cristi qd tibi monstratum est scz p
fidē. Hoc est igitur exemplar intri-
secum existens in corde per fidē scz

cristi vita. quod exemplar apli se-
quens et ei confirmatus totaliter
dicebat ad Gal. ij. Vivo ego iam
non ego. viuit vero in me cristus.
Sed est aliud exemplar extrinsecuz
scz natura creata rerum que sunt
extea animam quo dirigitur hūa-
na industria non tm̄ i operibus ar-
tium. in quibus vt dicit aristoteles
Ars imitatur naturam inquantum
potest. sed etiaz in moribus et acti-
bus virtutum. ita vt etiam de hoc
exemplari possit dici verbu; ppositū
Omnia facito secundū exemplar qd
tibi monstratum est scz in rerū na-
tura. Nam ex ipsis nature operib;
sumuntur similitudines et plura
exempla vtilia nostris operetia mo-
rib;. Et hinc est qd venerabilis do-
ctor Gregorius nazāzen; cuius te-
stante iheronimo tanta auctoritas
fuit vt nullus vnq; eius dictis casū
miam inferre presumpserit. ymmo
insuper vt testatur Rufinus tanta
fuit eius auctoritas apud eccias xpi
vt esse putaretur hereticus qui illi
fuisset ausus in aliquo contraire.
Vnde itaq; tam precipu; doctor hāc
sibi consuetudinem fecerat vt que-
quid eius occurreret oculis de re-
b; exteriorib; interioribus aīe mo-
ribus adaptaret. Sic enim refert
ipse de se in suo apologetico dicens
Nos michi est ad meipsum singla
queq; reuocare. precipue si ques-
michi sit et silentium si vacet aīmi
moribus adaptare quod videtur i
oculis. Vnde et oculorum visio fit
michi mentis eruditio. Quius igitur
exemplum laudabile sequi pre-
dicatores oportet si habundare vo-
lunt copia exemplorum. Que copi-
a illis si affuerit precipue de rebus
extrinsecis que nobis sunt i apto
et etiam de mirandis operibus que
a n



continue natura producit vel adin-
uenit humana industria. nō eos tā-
tū apud curiosos auditores fa-
riet gratiosos. quos mira natuē o-
pera vel humane iuentiomis stordia
narrata et patefacta delectāt. sed
etiam apud vulgū et simplices fru-
ctuosos et acceptos constituet. dū
per exempla ad sensum spūalia et
subtalia declarabunt. Predicantiū
igitur o modo. curiosorū desiderio.
simplicium auditorum pfectui de-
siderās inseruire. Ego inter fratres
ordinis predicatorū minimū nō diē
Welwicus natione theutonicus de
multarum rerum exemplis que di-
uersis hominum moribus et actibz
adaptantur presens opu sculū edi-
di. et librum de exemplis et simili-
tudinibus reruz ipsum intitulauī.
exemplum sequi desiderans patēs
nostri beati Dominici. de quo inter
alia legitur. q̄ vbiq̄q̄ conseruaba-
tur edificatoris affluebat sermoi-
bus et habundabat exemplis. qui-
bus ad amorem xpī seculi v̄ p̄tēp-
tum audientium animi flecterētur.
Non autem visum est michi de exē-
plis hystorialibus aliquid in hoc o-
pere ponere. ex eo q̄ tam de hystori-
a biblie q̄ etiam de vitis sanctoruz.
Et insuper de factis gentilium di-
uersa per diuersos opera facta sūt
satis sufficienter. Intendo autem
in opere isto sequi p̄cipue rerum
ordinem de quibus adducuntur ex-
empla. nichilominus tamē mate-
rias quibus aptabuntur exempla
reducam vt meli⁹ potero in singu-
lis reruz generibz in ordine alpha-
beti. Qd̄ quidē qualē fiat recto lo-
co subsequēs capitulū declābit.

¶ Prologus secūdis in quo aucto-
ris intentio declaratur.

Quia vero curiosis lectoribz
vāietas tollit fastidiū ī po-
nendis vel exponēdis exē-
plis nō semp̄ eundē ordinē seruato
vel modū. Nā q̄q̄ generaliter tā-
tū materie de q̄ agef̄ exempluz ad-
aptabitur. q̄q̄ vero distince pro-
p̄tates plures adducte similitudinis
exponēt. Vm⁹ etiā eiusdē rei exē-
plū aliq̄m vni tm̄ matēie. q̄q̄ vero
pluribz put eiusdē rei exegerit diū-
sariū p̄prietatū ogeuitas adaptabō.
Sicut sacno tm̄ assimilaf̄ hō volup-
tuosus. Lunē vero assimilabit nō
tm̄ btā maria sed etiā vita actiua.
et simile modū iuemes in alijs ex-
emplis. Adhuc etiā in adaptatiōni-
bz ip̄s plurūq̄ ex sacra scripturā
et nōnūq̄ ex dictis sanctorum au-
toritatū p̄batiōes apponā. q̄q̄ e-
tiā causa p̄prietatis vitāde adaptati-
ōes ip̄sas tātm̄ō p̄missis auctori-
tanz scribā. Intēdo etiā plerūq̄
exēpla p̄ singulas suas p̄tes expo-
nere. et q̄dā solū ex p̄te matēie ap-
plicare. q̄ multa ad declātionē ex-
empli quādoq̄ sūt necē saria que
tm̄ ad adaptatiōnē nil referūt. Et
quia plura eidē materie exēpla cō-
ueniūt intēdū que in diuersis reruz
generibz p̄tinētur. oportebit vt de
eisdēz matēis sed nō sub eisdē ex-
emplis in diuersis tractetur locis.
Sicut de gratia agetur in primo li-
bro sub similitudine primū mobilis.
In secūdo vero sub similitudine sa-
phiri. In tercio sub similitudine fru-
menti. et sic de alijs. Porro si qua
in exemplis ponentur p̄cipue de v̄-
tutibus lapidū vel herbaruz siue etiā
de it̄ptatiōibz aliq̄bz sōp̄mōz vel a-
lijs q̄bz aūq̄ q̄ forsitā ea legētibz
min⁹ credibilia videāt. sciāt me ex
meo ingenio ea non oñixisse. sed
ex maguorum scriptis exscripta

non ut fidem de talibus facerem sicut
 ut veram instructionem et utilem
 elicerem ex eisdem. quibus quidem
 modo doctores sacri et etiam mag-
 ni philosophi in suis doctrinis mo-
 ralibus incredibilibus vti sunt ex-
 emplis fabularum. que licet in se ve-
 re non essent ad veram tamen di-
 sciplinam moralem utiliter inflex-
 erunt. **V**nde etiam diuina scriptu-
 ra de lignis expectantibus regem vi-
 citando in libro **J**udicium fabularum
 introducit. que a nonnullis expo-
 sitoribus moribus adaptatur. **N**on
 ergo respicienda sunt exempla na-
 turalia que si non semper vel ex to-
 to sunt vera ex parte tamen ut in plu-
 ribus vera reperiuntur. **N**ec debet
 respicere sapiens ea que scripta ve-
 perit ex eo quod ipsemet talia non pro-
 bauerit. sed potius estimare de tali-
 bus quod multa que ipse non vidit
 alij sunt experti. **S**i qua vero de ce-
 lestium corporum effectibus indu-
 centur. que se ad humanos actus
 extendere videantur. ea prudens le-
 ctor aduertat potius referendo esse
 quod asserendo dicta. nec ea sic intel-
 ligat tanquam ex celestium dominio
 corporum vlla humanis actibus pro-
 ut ex libro procedunt arbitrio necessi-
 tas imponatur. **N**on enim celestia
 corpora in liberum arbitrium hominis
 aut voluntatem vel intellectum que
 vires incorporee sunt directe possunt
 imprimere. **S**ed quoniam complexio
 corporis quam anima in pluribus se-
 quitur. et organa corporea sensum
 qui intellectuali cognitioni deserui-
 unt. ceteraque corporis membra per
 que interior anima actus exterior
 res exequitur ipsorum dispositio in
 celestium corporum directe suppo-
 nuntur. **V**nde est quod actus huma-
 precipue qui per corpus explentur

ex variis impressionibus sicutque va-
 rie disponuntur. ac etiam ex con-
 constellationum virtutibus que homini
 corporali ceptui vel ortui domina-
 tur ipsi homines ad diuersa officia
 et mores inclinantur. **E**t quia ho-
 mines non coacte sed sponte hu-
 iusmodi frequentius inclinatioes
 secuntur. **I**nde est quod de voluntariis
 actibus et moribus eorundem nonnumquam
 a patris astrologis et mira et veridi-
 ca iudicia proferuntur. quod non sit
 laudabile neque tutum talibus ini-
 ti iudicium vel ea in suis temporibus om-
 nibus obseruare. **V**nde in sacra scrip-
 tura dicitur. **J**h. x. **A** signis celi
 nolite metuere. **M**ulta ergo de pro-
 prietatibus rerum quas in hoc libro
 pro exemplo ponemus ex libris sacra-
 canois sunt assumpta. **E**t nonnulla
 collecta sunt ex rerum experientia. sicut
 et ex magnorum sapientium scrip-
 tis plurima sunt excerpta. **N**on autem
 aliquis miretur de stili deformitate
 que licet credi soleat in opere tan-
 plixo. ex hoc tamen specialiter ac-
 cidit quod plura ex scriptis quorundam
 in hoc opere ponentur exempla. in
 quibus nisi forte truncando ut bre-
 uiora sint nec sensum nec verba mu-
 tando. ne scilicet ex mutatione verborum
 michi ascribere videar. que iam
 bene sunt per alios descripta vel in-
 uenta. **N**on solum etiam in hoc o-
 pere de principalibus mundi corpo-
 ribus introducentur exempla. **S**ed
 etiam de his que secundum aliquem ordinem
 in ea reducantur puta de motu terre et
 lune et alijs similibus que reducantur in ce-
 lum. **S**icut de impressionibus aeris ut generum
 die pruina nix et alijs quibuslibet
 similibus que specialiter pertinent videtur ad ali-
 quod elementum. **E**t similis modus suabit
 etiam in illis que pertinent ad aliqua corpora mix-
 ta que simul vbi ponentur plantarum
 a in

similitudines de frondibus floribus
et fructibus et seminibus introdu-
centur exempla. Et sic etiam fiet de
alijs corporibus quibuscūq.

Prologus tertius de ordine dicē-
dorum.

Notitia rerum in hoc ordine est
placita virtute perficitur ut di-
cit **Philosophus** scilicet sensu ymagi-
natione et ratione. Nam ab ipsis
exterioribus rebus primo fit motus
in sensu. propter quod **Philosophus** dicit.
quod omnis nostra scientia oritur a se-
nsu. primo posteriorum. Ab ipso autem
sensu in actu facto fit motus in fantasia
siue ymaginatione. Unde idem **Phi-
losophus** dicit tertio de anima. quod fan-
tasia est motus factus a sensu secu-
dum actum. Et licet **Averroes** disti-
nguat inter ymaginationem et fanta-
siam dicens eas diuersas potestates
realiter distinctas. quia fantasia se-
cundum eum habet ultra ymagna-
tionem. quod componit et diuidit for-
mas ymaginatas ut patet cum ex for-
ma ymaginata auri et forma yma-
ginata motus componitur forma mo-
tus auri quam nunquam vidimus. Tamen
quod ista compositio non apparet in alijs
ab homine in quo ad hoc sufficit virtus
ymaginatiua. cui etiam hanc actio-
nem attribuit **Averroes** in quodam libel-
lo quem fecit de sensu et sensibilibus. I-
deo ut alij dicunt eadem potestas realis
est ymaginatio et fantasia. Ab ipsa
autem fantasia siue fatalitate per vir-
tutem intellectus agentis perficitur intellectus
possibilis ad actum intelligendi. Unde **Phi-
losophus** dicit tertio de anima quod non est intel-
ligere sine fatalitate. Ipse autem intel-
lectus ab uno in alijs discurrens siue
ex principijs conclusiones eliciens siue co-
clusiones in principia resoluens ratione voca-
tur ad quam scientia pertinet sic **Philosophus** dicit

in fine libri Posteriorum quod diuina
scientia in ratione est. Ut igitur
in exemplis potentis secundum
prefatum humane cognitionis ordi-
nem procedam. Primo ponenda sunt
exempla de sensibilibus. Secundo de
ymaginabilibus. Tertio de rationabi-
libus. Sed de exemplis sensibilibus
corporum adhuc est distinguendum. quod
quedam sensibilia corpora sunt sim-
plicia que scilicet non componuntur ex alijs
corporibus sicut elementa et corpora ce-
lestia. quibus in se habent et alias pro-
prietates ut materie et forme. accide-
tis et substantie et huiusmodi. que
dam vero sensibilia corporum sunt
composita ex ipsis elementis. Et ista
adhuc distinguuntur. quod quedam sunt in-
animata ut mineralia ut ferrum et es et
alia huiusmodi et lapides. quedam vero sunt
animata que adhuc distinguuntur quod quedam
sunt animata tantum anima vegetabili ut
plante. quedam vero ulterius anima sensibili ut
animalia bruta que distinguuntur in ra-
tionabilia que sunt in aqua. et gressibili-
a siue reptilia que sunt in terra. et vo-
lantia que in aere volant. Quedam ul-
terius animata sunt anima rationali ut homines.
Circa ymaginabilia que est attendendum
quod quedam rerum ymagines seu fantas-
mata inueniuntur dormientes siue sop-
nantes. quedam vero mira percipiuntur vi-
gilantes quemadmodum prophete etiam
vigilando habuerunt ymaginarias
visiones. Nonabilia autem vocari possunt si-
ue illa que ex ratione statuuntur sicut sunt
leges et iura. siue ea que a ratione pro-
cedunt sicut sunt artificialia. Est enim arti-
ficialis ratio factibilium ut **Philosophus** dicit in
Ethica. siue etiam illa que a ratione regulantur
ut mores et humana opera. Quia igitur
de omnibus predictis exempla sunt
inducenda totum hoc presens opus in de-
ce distinguuntur libellos. In quorum primo
ponentur exempla de corporibus simplicibus

De celo

scilicet de elementis et corporibus celestibus et etiam de aliquibus alijs que aliquo speciali ordine in ea reducuntur. In secundo ponentur exempla de corporibus mineralibus scilicet de metallis et etiam de lapidibus. In tertio ponentur exempla de vegetabilibus scilicet de arboribus et plantis. In quarto ponentur exempla de naturalibus et volatilibus id est de piscibus et avibus. In quinto ponentur exempla de animalibus terrestribus id est que graduntur vel reptant super terram. In sexto libro ponentur exempla de hominibus. In septimo de ymaginibus sompniorum et visionum. In octavo vero libro ponentur exempla de legibus. In nono ponentur exempla de artificialibus. In decimo siue ultimo libro ponentur exempla et introducuntur de humanis actibus et moribus. In singulis autem predictis de ceteris libellis non introdo particulariter sequi ordinem exemplorum sed solum illas materias quibus ad aptantur exempla locare seu ponere sub ordine alphabeti. verbi gratia In primo libro ubi ponuntur exempla de corporibus simplicibus non sequatur in eis ordinem ipsorum simplicium corporum. ut scilicet primo ponantur exempla de celestibus postea de elementis. et inter elementa primo de uno postea de alio. sed mixtiter ponentur omnia nunc de uno nunc de alio secundum quod rebus diversis quas ponam sub alphabeti ordine varie adaptantur. Et idem etiam ordo servabitur in ceteris libellis ita scilicet ut quilibet liber per se de materiis que tractabuntur in ipso suum habeat proprium ordinem alphabeti. Si qua igitur in hoc opere ex mea imperitia indebita essent posita vel inepte relinquo atque

Et elementis

submitto benivolentie fructum ac studio corrigenda. De his autem que bene dicta et adaptata congrue videbunt regi immortalis inuisibili soli deo honor relinquatur et gloria in secula seculorum. Amen

Incipiunt capitula primi libri de exemplis et similitudinibus rerum secundum ordinem alphabeti

O Abstinentia	• i.
Accidia	• ii.
Activa vita	• iii.
De amore multiplici	• iii.
De angelis	• v.
De anima	• vi.
De aptitudinibus naturalibus ad virtutes et vitia et artes	• vii.
De auaritia	• viii.
De aureolis	• ix.
De baptismo	• x.
De beatitudinibus	• xi.
De bonitate et malitia humane vite	• xii.
De caritate	• xiii.
De carne et spiritu	• xiiii.
De concupiscentia carnis	• xv.
De conspunctione lacrimarum	• xvi.
De consensione penitentium	• xvii.
De corpore humano	• xviii.
De cupiditate	• xix.
De discordia	• xx.
De diuitiis mundi	• xxi.
De doctoribus ecclesie	• xxii.
De doctrina spiritali	• xxiii.
De donis spiritus sancti	• xxiiii.
De ecclesia christianorum	• xxv.
De electis dei	• xxvi.
De elemosinariis	• xxvii.
De exaltatione et etiam casu superbiorum	• xxviii.
De fervore fidei et penitentie vel conspunctionis	• xxix.
De fide	• xxx.
De fructibus spiritus	• xxxi.

a iij